

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1794

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3099

C O D I C E S

3100

*sanc*t*i. patris polonorum solenniter peragenda. Historia rhyth-*

*Dies adest celebris
Ad lucem de tenebris
Confurge polonia.*

Ad calcem sequuntur *Orationes matutinum ceterasque horas concudentes* numero tres, quibus accedit eadem manu: *Thomam subscriptis. Thomam bunc Praesulem Cracoviensem Thomam Strzapskium, 1460. vivis erectum, virum, Dlugosio teste Hist. Polon. L. XIII. Lips. 1712. T. II. col. 261.* magnae devotionis et religionis, fuisse conjectamus, cuius auctoritate *Cantus hic ecclesiasticus publicatus fuerit; Codicem vero nostrum, qui Bollandianis ad diem VII. Maji non innotuerat, Sigismundi, aut Sigism. Augusti Regg. Poloniae aevo Vindobonam demigrasse.*

DCCCLXV.

727

*Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 44. 4. luculente exaratus, coloribus auroque fulgidus, et anno 1482. a Paulo de Stockeraw Theol. Doct. oblatus Friderico III. Imp. continet Officium ecclesiasticum de S. Morando Cluniacensi Monacho, qui Sec. XII. initio vixit, cum ejus Vita in VI. *Legiones tributa, praemissaque Epitaphio dialogico inter S. Bernardum et S. Morandum, cujus exemplum jam Cod. DXC. produximus, et quidem multo correctius. Quoniam vero**

mis et modulis musicis inclusa sic orditur:

*Preciosi martiris
Glebam fovens corporis
Letare Cracovia &c.*

de hoc praesenti *Codice*, qua solet, ubertate jam egit *Lambecius L. II. p. 886. edit. Kollar. col. 784. et Anale&t. T. I. p. 899. Bollandiani item in A&t. SS. T. I. Junii a p. 339. et Append. p. 10. ne actum agamus, id modo addimus, *Paulum Stockeravensem Canonicum D. Stephani*, gesto a. 1481. Rectoris Universit. Vienn. munere, Dono suo non nisi bienio superfuisse.*

DCCCLXVI.

*Codex membraneus lat. Sec. 56 XV. utrinque mutilus Folior. nunc 42. f. charactere crasso et sat ru-di incipit ab *Officio Defundorum cantu chorali permixto. Hoc Officium excipit Sacrum solenne de Corpore Christi totum modulis musicis inclusum, et Exequie mortuorum que fiunt finita missa ad sepeliendum funus. His subscriptum legitur: Iste libellus est comparatus pro fraternitate clericorum in districtu ybs (Usbium, Pons Ifidis, Austriae infer. Urbecula) sub anno domini ihesu M.^{mo} CCCC.^{mo} LVI.^{mo} Fraternitates ejusmodi, ducto ab Ordinibus religiosis exemplo, etiam inter Clericos seculares coivisse varia prioris aevi monumenta testantur. Reliquum Codicis Moduli musici**

An-

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1794

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3101

L I T U R G I C I .

3102

Antiphonas et Sacrum de B. V. complexi occupant. In Sacro Hymnus angelicus Gloria in excelsis &c. ita in laudem Deiparae interpolatus est, ut exhibet Card. Job. Bona Rer. Liturg. L. II. C. 4. n. 6.

DCCCLXVII.

337 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 36. f. luculente ex-

ratus *Liturgicus* est continens: I. *Matutinum et laudes pro Defunctis*, ubi *Lectione IX.* non e. L. *Job*, ut hodie, sumta est, sed e. I. ad *Corinth. C. 15.* *Sicut portauimus ymaginem terreni &c.* II. *Missa pro Defunctis*, in qua sub eleuatione cantatur ymnus qui incipit:

*Oramus domine conditor inclite
Deuotos famulos respice protege
Ne nos liuor edax demonis obruat
Demergat uel in inferos &c.*

III. *Missa de Venerabili Sacramento.* IV. *Exequias mortuorum que fiunt finita missa ad sepelendum funus.* Omnia haec modulis Musicis adstricta.

DCCCLXVIII.

338 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 38. f. eodem modo, ut superior, exaratus eadem quoque continet. Accedunt tamen in fine *Inicia quatuor evangelistarum*, hoc ordine: *Jobannis. Statio ad orientem. Lucae. Statio ad meridiem. Mattbaei. Statio ad occidentem. Marci. Statio ad aquilonem.* Atque haec Anno 1506. adscripta sunt.

DCCCLXIX.

665 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 36. 4. ita in Fron te inscriptus est: *Hystorie Patronorum terre Bobemie.* I. *De vidu-*

is. 2. De Sancta Ludmilla. 3. De eius translacione. 4. De Sancto Adalberto episcopo et martire. 5. De Sancto Sigismundo Rege et martire. 6. De Quinque fratribus martiribus. 7. De Sancto Wenceslao martire. 8. De eius translatione. 9. De Sancto Procopio confessore. 10. De Sanctis Cirillo et Methodio confessoribus. 11. De Sancto Stanislao martire et episcopo. De Sancta Hedwige Oratio cum Historia. De Sancto Longino Martire. His subditur: Scripta per fratrem Mattheum Lectionem Theologie Sacre prage Anno 1522. existente scilicet iudobico rege prage et sua Regina Maria (Maximiliani I. Imp. Nepte) perinclita. Que illo anno coronata fuit dominica post ascensionis domini, Me vero (quod aequo notandum) laborante podagra grauiter. Laus deo. Item: Pro Valete ab eodem Lectione patri Reverendo priori donato brenz eiusdem ordinis in praga dimissus, vi deli-